UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

IX. Der Bischof Dieterich von Brandenburg widmet die Einkünfte der Parochie Mittenwalde zur Tafel des Domcapitels, am 23. April 1376.

urn:nbn:de:hbz:466:1-54728

Visual Library

Dar obir ſint geweſt der edle Achim Gans, Here to Putliſt, unſer Marſchalk, die veſten Ticzen Frowenhower, Otte Greiff, unſer Camer Meiſter, Ritter, und ander erbar lute genug. Geben zu Arenswalde, nach Criſtus geburt dreiczehenhundert Jar, darnach in dem zwei und ſiebenzigſten Jare, an dem Sondage, den man nennet Quaſimodogeniti. Mit Urkundt dicz brieves vorſigelt mit unſſern Keiſerlichen Majeſtät Ingeſigel. Geben zu Struzperg, nach Criſti geburt dreiczehnhundert Jar, darnach in dem drei und ſiebenzigſten Jare, am ſante Johanſen tage (decollationis), unſer reiche in den acht und zwantzigſten und des Keiſerthums in dem neunzehenden Jare.

De mandato Dni. Imperatoris Nicolaus prepoſitus.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.

IX. Der Biſchof Dieterich von Brandenburg widmet die Einkünfte der Parochie Mittenwalde zur Tafel des Domcapitels, am 23. April 1376.

In nomine domini Amen. Cum ea, que ad religionis augmentum et deo militantium poſſint concernere relevamen, dignum et congruum ſit, affectum omnimodum inclinare, nos igitur, Thidericus, dei et apoſtolice ſedis gratia epiſcopus Brandeburgenſis, veſtigiis inherentes predeceſſorum epiſcoporum noſtrorum, dilectis nobis in Chriſto Hentzoni, eccleſie noſtre prepoſito, ſuisque ſucceſſoribus confirmamus curam animarum de eccleſia parochiali opidi Middenwalde noſtre dioceſis, quam, quia, ut evidenter comperimus, centum et quinquaginta annis et ultra ad uſus canonicorum et capituli dicte noſtre eccleſie ex juſto, vero et legitimo titulo rite et legitime pertinebat, et in preſentiarum pertinet, attenta ipſorum paupertate multiplici et inopia pregrandi, concedimus, ut dicte eccleſie fructus, prout expedire viderint, in uſus ſuos proprios convertant. Liceat quoque ipſis in eadem eccleſia de fratribus ſuis virum ydoneum inſtituere plebanum, qui curam in ipſa gerat animarum volentesque et concedentes, ut dicta eccleſia cum omnibus ſuis juribus et pertinentiis de cetero perpetuis temporibus ad dictos prepoſitum, canonicos et capitulum et eorum menſam et tam in ſpiritualibus quam temporalibus pleno jure debeat pertinere. Ne igitur dicti prepoſitus, canonici et capitulum ſupra dicta eccleſia ac aliis premiſſis in futurum moleſtentur, ad perpetuam hujus rei memoriam preſentes litteras noſtri appenſi ſigilli munimine fecimus roborari, preſentibus honorabilibus et diſcretis viris: Nicolao dicto de Machenow, et Hermanno Lukkow, presbiteris noſtre dioceſis, nec non ſtrenuis famulis Gherardo Kothen et Henningo Groten, vaſallis noſtris. Actum et datum Sejeſer, anno domini milleſimo CCC^{mo}. ſeptuageſimo ſexto, die beati Georgii martiris.

Aus dem Originale des Brandenburger Dom-Archives aus Heffter's Abſchrift.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN